

*sae Sacerd. Bobemi continet Concordantias sacrorum Bibliorum praemisso brevi de earum integritate Monito. Ad calcem legitur: Expliciunt concordantie excerpte de maioribus concordancijs (id, quod negat Monitum) Anno domini M<sup>o</sup>. CCCXXXVIII. in die Agapiti, additurque bohemicæ: Anno et ceciderunt Heroes Taboritarum hora una de viginti, id est, sexta ante occasum solis ad Horologium olim in Bobemia usitatum. Cladem hanc Taboritarum 30. Maji h. a. qua uterque Procopius cecidit, narrat ex Hi-*

*storici Bob. Cl. Pelzelius in Hist. Bob. germanice edita Pragae 1774. p. 290. 8. Aliud ad res Temporis notatur folio Codici praetexto, quod latine versum: Anno 1530 Circa Sancti Wenceslai complures de Hungaria collecti homines irruptionem fecerunt in Moraviam et incendio perdidērunt Hunnobrodam (Ungarisch Brod) aliosque vicos, et haud paucos homines captivos duxerunt atque etiam occiderunt. Qua de re Deus vindictam sumat! Item ad Codicis finem:*

*Kuoň gednu brzibietem  
Człowiek dwakrate dytétém.*

*Quasi dicas: Equus semel binnullus, Homo bis infans.*

CLXXXIV.

803 Codex chartaceus lat. boh. Sec. XV. Folior. 271. 8. curren-  
te calamo non una manu perferiptus et rubricis distinctus, quon-

dam ad numerosam *Wenc. Rossii* saepe memorati Supellestem librariam pertinuit, cum eaque in Arcem *Ambrosianam* translatus fuit. Exhibet vero: I. *Concordantias Super nouum testamentum.*

II. fol. 30. Versus mnemonicos in N. T. hujusmodi:

*Natus. adoratur. lotus. temptat. docet. orat.  
Dogma. Salusque. vocat. eligit. laudat. fata transit &c.*

Singulis Vocibus hisce, sed non per totum, addita est brevis Expositio.

III. fol. 35. *Metra* super IV. *Evangelistas* et *Actus Apost.* adjectis ad oram *Capitum* numeris. Ita orditur *Matthaeus*:

*Abraham. sponsata. nollet. laus. ducere. docet.  
Bethleem. egiptum. rachel. archelaus. nasarenus. &c.*

IV. fol. 37. *Sermones quando placent de diuinissima cena sacramentali.* Numero multi, in quorum aliquibus Sumtio sub utraque docetur. Primus est in illud *Prov. IX. Venite comedite panem meum &c.* Accedunt non pauci *Sermones de Passione Domini.* Omnes

hinc inde glossis *Bobemicis* illustrati.

Primo *Codici* folio adscripta est *Artium liberalium Divisio* addita interpretatione *Bobemica*, cujus Autor Grammatices Candidatum cum *Donato* etiam dormire jubet.

